D. O. M. A.

AVTHORITATE ET CONSENSV

NOBILIVM, STRENVORVM, MAGNIFICORVM, AC CLARISSIMORVM VIRORVM, SPECTABILIS Domini inclytæ Facultatis Iuridicæ Decani, & cæterorum Dominorum Seniorum Sac: Rom: Cæſ: Regiæq; Majeſt: Vngariæ & Bohemiæ &c. Conſiliariorum, adeòq; totius ampliſsimi I. C. Collegij, Antiquiſsimi Archigymnaſij Viennenſis ſubſequentes Theſes ex aſsignato ſibi c. Delictum perſonæ, de Reg: Iuris in 6. vnà cum Q. Ciuili pro primo in V. I. gradu conſequendo publicè propugnabit.

CASPARVS RICHTER PATSCHOVIENSIS SILESIVS J. V. STVDIOSVS.

I.

DElictum perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.

II.

DElicta enim ſuos tenent authores, nec quiſquam alterius odio prægrauandus.

III.

HInc Prælatus ſi crimen læſæ maieſtatis committat, ſi rem alienam ſpoliet, ſi dolo malo deſinat poſsidere, ſibi non Eccleſiæ nocet.

IV.

QVod adeò obtinet, ut ei etiam non obſtante juramento & propriam allegando turpitudinem, rem à ſe malè alienatam vindicare liceat.

V.

SI tamen Prælatus patrimonium raptoris vel hæretici intra annũ non vendicet, hæreditatem vel legatum Eccleſiæ relictum repudiet, aut præſcriptione rem eius auferri paſſus ſit, eidē nocere poteſt.

VI.

NAm hoc caſu ſicut Seruus Domino & debitor creditori, ita Prȩlatus Eccleſiæ non tàm nocere, quàm non prodeſſe dicitur: & ideo ad id tantùm, quod illius intereſt, tenetur.

QVÆSTIO CIVILIS,

Deſumpta ex l. 3. ff. d. interd. & releg. & c. 1. in feud. ſi Vaſallus feudo priu.

V. Delictum patris vel agnati noceat filijs vel agnatis in feudo?

Diſputabuntur in J. C. Collegio 30. Auguſt. hora 1. pomeridiana.

Viennnæ Auſtriæ, Typis Margarethæ Formicæ, in foro alto, Anno M. DC. XI.